



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

§. 6. Ecclesiæ Livoniæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

rem, post citationes Canonicas, excom- Sæcul. XII.  
municandi dimotus est. Sed interces. A. C. 1186.  
serunt cives Veronenses, apud quos Pa-  
pa diversabatur; quippe dicebant: San-  
cte Pater! servi & amici Imperatoris  
sumus, ideoque rogamus, ne eum in ur-  
be nostra & nobis præsentibus Ecclesi-  
stico fulmine percutias. Dedit preci-  
bus eorum Papa, ut ex urbe excederet.  
Verum in alio loco Imperatorem ex-  
communicaturus morte prohibitus non  
potuit.

### §. VI.

#### *Ecclesia Livoniae.*

Inter hæc novella Ecclesia plantabatur Arnold. Lu-  
in Livonia, studio & labore Meinardi, bec. Chro. §.  
Canonici Sigebergensis, qui, populi hu-  
jus Infidelis convertendi desiderio ac-  
census, pluribus annis illuc profectus  
est cum mercatoribus, ipse nobilius com-  
merciū sectatus. Lætus deinde,  
quod Deus ejus operæ benediceret, ac  
Idololatræ benevolas aures præberent,  
Hartwicum Archiepiscopum Bremen-  
sem & Capitulum Cathedrale adiit, re-  
rumque faciem exposuit, ne prædicandi  
munus sine Episcopali auctoritate &  
consilio usurparet. Bremenses eum com-  
muni consensu ad excolendam nascen-  
tem vineam miserunt, unde uberes fru-  
ctus sperabant, atque ut majore potestate

c. 8.

c. 9.

N 4

vige-

**Sæcul. XII.** vigeret, ipsum Episcopum ordinarunt.  
**A.C. 1186.** Meinardus Sedem suam Rigæ, Regionis  
 illius Capite, posuit, ubi Ecclesiam Ca-  
 thedram sub præsidio Sanctæ Virginis  
 anno millesimo centesimo octogesimo  
 sexto fundavit, atque doctrina, mansue-  
 tudine, & munificentia instructus ma-  
 gnum Infidelium numerum ad Christum

**Cæsar. dist. 7** convertit. Bertoldus Abbas Lucensis  
**c. 17.** in Saxonia Ordinis Cisterciensis, relicta  
 Abbatia, ut cum Meinardo pii laboris  
 particeps fieret, paganorum animis suis  
 virtutibus, in primis abstinentia, mode-  
 stia, patientia, sibi conciliatis, ipsis ca-  
 rissimus fuit. Is etiam Meinardo in E-  
 piscopatu successit, atque hi duo primi  
 Livoniæ Apostoli extiterunt.

### §. VII.

#### *S. Hugo Episcopus Lincolniensis.*

**I**n Anglia Ecclesia Episcopalis Lincol-  
 niensis jam annis propemodum octo-  
 decim vacabat, post obitum Roberti du  
 Chesnai, mense Januario anno millesimo  
 centesimo sexagesimo septimo defuncti.

**vit. S. Hug.** Nam Gualterius Constantinenis, huic  
**ap. Sur. 17.** Sedi exeunte anno millesimo centesimo  
**Nov. c. 9.** octogesimo tertio impositus, vix ultra  
 annum præfuit, Rotomagum, ut me-  
 moravimus, translatus. Tandem Hen-  
 ricus II. huic Ecclesiæ Episcopum præ-  
 positurus, Richardum Decanum Lin-  
 colnien-